

**Positiones medicae inaugurales / Quas ... facultatis medicae, in inclyta Eberhardina, praeside Dn. Elia Rudolpho Camerario ... pro licentia summos in arte medicâ honores ac privilegia doctoralis legitimè consequendi ... ad d. 27. Sept. anno M.DC.XCIII. publico eruditorum examini submittit Johann-Christophorus Gerlach.**

### **Contributors**

Gerlach, Johannes Christophorus.  
Camerarius, Elias Rudolph, 1641-1695.  
Universität Tübingen.

### **Publication/Creation**

[Tübingen] : Literis Gregorij Kerner, [1693]

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/ndavpjdd>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

POSITIONES  
**MEDICÆ INAUGU-**  
**RALES,**

*Quas,  
Auxiliante DEO,*

*Jussu*

*Gratiosæ Facultatis Medicæ,*

IN INCLYTA EBERHARDINA,

*PRÆSIDE*

**DN. ELIA RUDOLPHO**  
**CAMERARIO, Phil. & Med. Doct. ac Prof.**

Publ. Celeberr. Sereniss. Domûs Wirtemberg. Con-  
 sil. & Archiatr. Feliciss. Facult. Med.

*Soniore,*

*Dn. Patrono, Præceptore atque Cognato, Pa-*  
*rentis instar devenerando,*

*Pro*

**LICENTIA**

**Summos in Arte Medicâ Honores ac Privilegia**

**DOCTORALIA legitimè consequendi,**

*In*

**AULA NOVA,**

*Add. 27. Sept.*

**ANNO M. DC. XCIII.**

*Publico Eruditorum Examini*


*submittit*


**JOHANN-CHRISTOPHORUS Gerlach.**

**Tubingæ,**

---

*Literis Gregorij Kernerij.*





## THESES I.

*Fæminam in opere Generationis non nisi passiuè, sed  
iam Materiam pro Formando Fætu suppe-  
ditando, concurrere, probabile  
non est.*

**S**ecunda litium Mater est Generatio, eoque  
fecundior, quô sterilismagis nostra de Illa scientia,  
vix en: reperias circa hanc Materiam hypothesis,  
qua vel in dubium revocata non fuerit vel revocari  
ad hoc hodiè non soleat aut possit: ita postquam  
graffa illa utriusque seminis commixtio explosa  
fuit, atque Generatio Animalium ex ovo passim demonstrata, quic-  
quid activi s. in fœtus formatione s. ovi fecundatione (quæ duæ  
actiones secundum Recentiorum placita valde diversæ sunt, cùm il-  
la infinitam, hæc non nisi mechanicam requirat scientiam) obser-  
vatur, id omne spirituoso seminis masculini contagio tribui cœpit,  
planè ad Aristotelis mentem, qui jam olim *L. i. de Generat. Animal.*  
*c. 2. & 20.* fœminam materiam ac corpus, matrem autem formam &  
principium motus suppeditare, illamque a deo passivum hunc verò  
activum principium constituere statuit. Cùm enim Materia conce-  
ptus seu futuri fœtus, utpote ovo materno inclusa, à sola matre  
nihilque planè ejus à parte suggeratur, id quod *Celeberr. D. Bobi-*  
*nus*, prolixè demonstrat, æquum planè erat, suam quoque, prin-  
cipii nempe activi, provinciam femininæ masculino assignare. Hoc scil.  
est, quod, ex communi illâ hypothesis, sive per poros uteri, sive per tu-  
bas Fallopianas, sive per sanguinem, sive per omnes ha vias simul  
summa quâ pollet, activitate & penetrandi facultate ad ovarium  
sive testiculum femininum delatum, ovum fecundat, i. e. fluidum

ovulis contentum, commovet, subigit, primaque ex eō fœtus sta-  
 mina format & neget. Quod si tam enī omnes res circumstantias ac-  
 curatius paulò penitus, ratio sufficiens haud occurrit, quare fœminæ  
 in fecundationis & formationis opere omnis deneganda sit  
 activitas, quin potius fœminam in fecundando ovo & forman-  
 do fœtu active etiam tanquam causam sociam cum mare concurrens  
 nec solam fœtus materiam suppeditare, probabile mihi videatur.  
 Non reproducam Antecessorum nostrorum Vim Plasticam, non ma-  
 sculino saltem, sed & fœminino semini assertam, cum non tantum  
 connexam habuerit explosam illam hodiē seminis uti sūsq; commisce-  
 lam crassiorem, sed & ubi vistari quam turpe ignorantiae asylum ex-  
 hibiliari soleat, licet fateri cogar, vix meliora, exceptā fortè ingenua  
 ignorantiae confessione, cujus ne sapientissimum quid: Salomonem  
 pruduit, hactenus, quantum ego quidem nōnō, substituta fuisse;  
 nec etiam adeò urgebo, quod Aliorum, nifatior, pro adscribendo  
 fœminis activo concurso, argumentum folet esse, similitudinem for-  
 tuum, quā Patrem modò, modò Matrem, & hanc quid: Sæpissimè  
 etiam quoad judicium, ingenium, &c, referunt; nec frequentes  
 adeò eosque miros sæpè Imaginationis Materna effectus; horum enī  
 causam non Efficientem, sed occasionalem saltem maternam ima-  
 ginationem esse, adeoque parum solidi exinde pro activo fœminæ  
 in formando fœtu concurso conclūdī, repotent forsitan Aly: Verū  
 si Rationem solum, quæ semen masculinum in sublimiorem princi-  
 piū aëri locum evexit, perpendamus, eadem pro semine etiam fœ-  
 minino militabit. Est autem illa, seminis masculini summa spirituosa-  
 stas, quā instar fulguris omnia penetrare & commovere, adeoque  
 ad hoc opus tanquam summè activum, maximè aptum deprehendi-  
 tur: quis verò insigne quaque spirituositatem semini fœminino  
 sive liquori in ovulo contento, iisdem præsentibus causis, denega-  
 bit? Recipiat sub ova conjugalī cestroq; Qereō maximum ad huc  
 impetum semen masculinum, qui tantam illi largiatur energiam,  
 quod quid: negare vix quisquam attentius hæc considerans, poten-  
 sit: quis verò crederet, ovulum ejusve contentum sive semen fœmi-  
 nimum, eodem modō non exagitari, ubi æquè ac in mare, tur-  
 gare omnia, totum spirituum systema peculiari planè modo com-

moveri in fœminâ quoq; deprehenduntur? Quod si ita q; semen fœminum æquè spiritu ossum est ac masculinum, æquè peculiari modò & impetu sub Oestriō & reō exagitatur, rationem non video, cur soli semini masculino activitas adscribi omnis, ovulumque, sive semen fœminum tanquam materia, quæ quiescat quasi & mere passivè se habeat, considerari, prout à pluribus solet, debeat; probabilius certè, mihi saltem, positis his circumstantiis videtur, utriusque seminis particulæ spirituosas determinatò & peculiari impetu agitatas concurrens, jucundisque viribus exequi id, quod soli plenariaque semini masculino adscribi solet, sive id fiat sub directoriò & determinatione alterius cuiusdam Agentis & Praesidis quasi, sive vi benedictionis.

*Generationis* semel à summò Creatore instituta, quā DEO placuerit, ut quotiescumque mas & fœmina, secundum divinum beneplacitum, concurrant, debiteq; adhuc circumstantiæ, utrinque seminis particulæ agiliores & maximè spirituosæ spontè & cœcâ obedientiâ certum illum & determinatum, licet vix ulterius determinabilem, in eant motum, quem particulæ seminis magis materiales & passivæ sequentes, non possint non scle ad suum adaptare ordinem.

Dices: Hæc verò omnia facile dicuntur, sed animo curioso non satisfaciunt, talia enim hæc sunt, quæ infinitam planèque divinam requirunt sapientiam, & faciliora sunt omnia, si dicatur, DEUM in prima Creatione (in quovis en. generationis actu adhuc hodiè corporis nostræ immediatè à DEO creari, credibile non est licet immediatum DEI digitum artificiosissima ejus structura requirat) omnia, quotquot ad finem usque mundi proditura sunt, ovula creasse, & vel ovario Evæ, vel globo terræ-aëreo indidisse, quæ postmodum cum aere, alimentis, &c. in corpus fœminæ transerant, inque ejus ovario tanquam loco præ aliis, conveniente hærent; (cui posteriori hypothesi, ut in transitu hoc notem, difficultatem præ illâ, quæ ovario Evæ ovula includit omnia, movet quod, secundum Bohnium, ovula congererentur, cum in pennatis modo editis, mox ovariis racemos conspiciantur, juxta Aquapendentem, miliū aut sinapis semen virg. & quantum, juxta Harryum adhuc minorum, & visum propè effugientium; imò in embryonis fœminini, sex mensum testiculis instar sudarium exilium ovariorum horum primordia ipsi

Cl. Bohnio videre contigerit, præter illas vesiculas miliares, quas in ovario gemellæ monstrorum & recens editæ Peters se observasse perhibeat: sic enim non progressu demum temporis ovula in foemina transiunt, vixque tanta eorum copia, in sanguine materno, fœtus alimento, latuisse & ad fetus transisse, cum facilius ad ovarium matris, transitem locumque consuetum, transire potuissent, cum probabilitate ullâ dici poterit) sic enim nihil amplius requiri, cum partes omnes à DEO jam formatæ in ovulo lateant, quam ut à spirituoso maxime semine masculino, ab extra superveniente, commoveantur, ad uterum deportentur, ibique crescant & augeantur, donec in lucem procedant; quæ tantam non requirant sapientiam, sed omnia secundum mechanicas motus leges peragi possint. Verum enim verò stante etiam hach hypothesis mea non corruit; adsit enim in ovo totum corpus integrè jam, licet sub minima mole formatum, supervenientem tamen, quæ necessaria adhuc est, fecundationem, seu agitationem, commotionem, vel quoconque nomine vocare illam lubuerit, à solo masculini seminis impetu dependere, valde dubito, cum parem, uti iam dictum, agitationem, parem impetum non possit non suscipere spirituosus pariter liquor genitalis ovuli foemini, cui suam proprieatatem cum ratione denegare non possum; Ipsam verò quod attinet hypothesis, quæ mihi quoque aliquando mirè placuit, prolixius paulò de illâ prior. Ann. Mense Martis in Disput. cui Tit. Trig. Thessium Physico-Medic. egi, dubia varia proposui, tandemque, prodigna alias Philosopho, ignorantia, sacris literis, credo, confirmiter, pugnare non dubitavi, quæ omnia, unâ cum iis, quæ Amicus suavisimus Dn. Lic. Müller, Physicus Herrenberg. nuper in Cuios. Disput. de Funiculâ Umbil. sub Pres. Exc. Dn. D. Zelleri, Patroni & Praeceptoris mei Colendi fisi, contra hanc hypothesis movit, repetere hujus loci non est; id verò inter alia plura animo firmiter semper inservit manet, quenam sit causa partis alicujus supernumerariae, occasione imaginationis materna fœtri integro superaddita, e. g. sexti digiti, &c. DEUS certè nec in primâ Creatione, nec tempore maternæ imaginationis, illum immediatè creasse dici cum ratione poterit, cum non deliberato consilio incertum quandam finem, sed ex accidenti & contingenter planè, occasione imaginationis talia scepissimè evenire plus

5.

plus quam notum sit; nec etiam tantarum est virium illa *Matri Imaginatio*, ut novum ex ovario deturbet ovulum, illud fecundet, parca que ejus factui jam integro artificiosissime apponat; cum hoc sit partim contra ipsam generalem hypothesis, requireretur enim nihilominus stupenda, quia Mater omnino destituitur, pro apposendo debite novum illo membro, sapientia; partim stabiliter illud dum jam explosum *Decisum Gratianopolitanum*, quod feminam per solam quoque imaginationem concipere posse statutum fuit, egregio meretricium & adulteratum pro demonstranda innocentia argumento. Producitur itaque pars ejusmodi supernumeraria absque immediato, proportionatae ad ejus artificiosissimam structuram sapientiae, Artifice, totiusque adeo hypotheseos fundamentum vacillat: Quid? quod & in macrocosmo non desint artificiorum effectuum, absque proportionatae sapientiae artifice productorum exempla: Quanta ergo est sapientia apum, quae favos artificiosissime, aliorumque brutorum, quae nidos & habitacula sua, saepè etiam in futuros casus contingentes providè satis exstruunt? Tanta certe ipsis neutiquam competit sapientia, quantam videlicet hypotheseos effectus tam artificiosus, cuius tamen causa sunt, requireret, nisi eadem proprietate homine sapientiora dicere velis. Sed quid opus hinc? cum, ut iam dictum, stante etiam illa hypothesi, probabilitati meae Theseos nihil decedat. Id verò paradoxum magis videretur, si occasione hujus theseos, eadem probabilitate, quæ seminis feminini concursus adiuvus, seminis etiam masculini concursus materialis & passus evincipisset, hoc enim vix ab ullo amplius, postquam crassa utriusque seminis coma ixtio exolevit, assertur, nisi forsan ab illis, qui hominem è vermiculo, in semine masculino repente, nasci, microscopis se demonstrasse autemant; quam hypothesis ab Aliis jam, me longè doctioribus examinatam non tango; id saltem, discendi gratia querens, anno vel in gratiam Majorum nostrorum, triusque seminis materialem concursum statuerit secundum illud Lucretij:

Semper enim partus duplii de semine constat,  
dici non sine omni ratione possit, materialiter etiam encurrere semen masculinum, quatenus, (ne repetam ea, quae Aldes contra Harrenmovit) spirituosa ejus particula, quæ ovum fecundare dicuntur,

tur, si non ad partium solidarum formationem, saltem ad partium fluidarum, spirituum præprimis, substantiam, materialiter & passimè etiam concurrant: seminis enim masculini particulas remanere in fœtu, nescio cur negem: Si autem remanent, concurrent etiam tanquam pars materialis si non ad partes solidas, tamen ad fluidas (licet ex his illæ quoque constent) quæ cùm reverè etiam corporis nostri partes sint (non hic immorabor logomachia illi, an fluida etiam sint partes? quæ pro diversâ ratione, quâ vox partis lumen, facile dirimitur) materialiter etiam semen masculinum ad corporis nostri constitutionem concurrere, absque absurditate dici posse, videtur; licet enim particulæ illæ segnitis masculini ad ovum transmutantes sint subtilissimæ, perpendendo tamen parvitatem & subtilitatem totius corpusculi, habebunt illæ nihilominus aliquam ad corpus constitendum proportionem, nec fortè adeo exiguum, si perpendamus, posse corpuscula ob subtilitatem insensibilia, sic cum aliis jungantur, sensibilia satis evadere, quemadmodum e.g. effluvia spiritus sal. armoniaci vel alias urin. vol. ob summam subtilitatem oculis imperceptibilia, si in aëre cum effluviis spir. vitrioli vel alterius acidi, & proximè ad moto vasculò evolantibus jungantur, nubeculam constituunt satis sensibilem. Quæ tamen omnia, aliorum me multò accuratius philosophantium judicio eā, quâ decet, reverentiā submitto. Nisi pro activo feminæ concursum, traductionem animæ, haud infirmum alias argumentum, afferre, cùm plurimi Eorum, quibuscum mihi res est, eam non admittant. Theologicas magis circa hoc punctum Meditationes qui desiderat, commendatum (mea licet commendatione non indigeat) sibi habeat Maximè Reverendi D. D. Heberlini, Ecclesia Stuttgardiana Antistitis Dignissimi, Patroni mei Colendissimi, Tract. de Generatione Plantar. & Animalium.

## TH. II.

## Differunt Febres Tertiana & Dua à Tertianâ Duplici.

Lippis nota est atque tonsoribus vulgaris Febris Tertianæ à reliquis Intermittentibus Quotidianâ scil. & Quartanâ distinctio, in ipso fundata nomine: Constat autem per multiplicem Practicorum Expe-

Experientiam, præter manifestam illam temporeis, quod paroxysmus sedire solet, diversitatem, differentiam inter ratione reliquorum Adjundorum ordinariè obliterasi haud exiguum: in Tertiana enim plerumq; observatur in principio Rigor subitus, vehemens, corpus concutens, pulsus tardus, parvus, rarus; quæ postea sedis sensim q. e. remittunt, succedunt totius corporis calor æqualis, sensim increvens, intensus, acris, pungens: sitis, cephalalgia, frequens respiratio, pulsus increscit in magnitudine, frequentia, celeritate, accedunt aliquando delicia: urina est rubra, intense tincta; adeat aliquando amarororis, vomitus biliosus aliquando ante, aliquando post paroxysmum; sudor sub fine paroxysmilargus, usq; ad maximum perpetuus uador & mader; durat aliquando paroxysmus ad 32. tard, nonnunquam tamen ultra, ad 24. 26. horas; affigit præ aliis juvenes, viros, constitutione calidore præditos, sequi solet tempus Anni calidum magis & sic cum, iram, vigilias, potum generosum, exercitia vehementia, quæ quidem non omni simili & semel, unum eundemque ægrum, eodem tempore, sed modò hæc magis, modò illa, pro ratione ægri, temporis, &c. affligunt. In Quotidianâ, quæ raro est, notantur pulsus tardus valde, urina pallida cum sedimento copiose, præcordiorum compressio (sed, quod notandum in præxi. compressio gravaria, vestalis qualis à flatibus, secus ac in Quar- tanâ, ubi pariter præcordiorum observare licet compressionem, sed quæ spastmodicam potius contractionem redolet) frigus extremorum inæquale est, initium noctu plerumque sumit sine rigore, calor, sestus, sitis, & quæ hæc sequuntur incommoda, tanta non sunt ac in Tertiana, durate solet paroxysmus ad 16. 18. 20. & plures horas, ut absoluto vix paroxysmo, alter presso sequatur pede, hyeme, sensibus, sœminis, magis familiaris est & satis pertinax, &c. In Febre Quar- tanâ, pertinaci Saturni filiâ, præter communia magis symptoma, notatur horror & rigor intensus, qualis à frigore hyberno, dolorem ostendit induens, calor succedens inæqualis, minus servidus, pulsus fere semper debilis & rarus, urina in principio ut plurimum aquosa, tenuis, alba, cruda, progrediente morbo crassior, coloratior, magis varians, sudor copiosus, fætidus, acidum redolens, compressio præcordiorum, sed ut ante de quotidiana notatum,

P. 83. 104

**pasmodica** magis quam gravativa vel flatulenta; tenet paroxysmus  
 ægrum ad plures horas, morosi sunt ægri, sputatores, curis, tristi-  
 tiae, studiis nimis incubentes facile invadit, autumno maxime,  
 quod tempore accedens diuturna solet esse, vix enim ante solstitium  
 hybernum, immo æquinoctium vernum plenè liberatur æger, &c. Fre-  
 quentissime autem in praxi observatur Febris, quotidie rediens, sic-  
 que ratione periodi nomen quotidianæ Febris extra dubium merita;  
 quoniam autem adjuncta ejus talia deprehenduntur, quæ febriter-  
 tiane potius competunt quam quotidianæ, vocare illam Practi-  
 cis libuit non Quotidianam, (quæ non adeò frequens est) sed Ter-  
 tianam Duplicem; quanquam non defiat, qui distinctionem hanc non  
 admittant, & vel *Quotidianam spuriam*, vel *secundariam*, vocare ma-  
 lunt: Rationem tamen vix video, quæ moti solint vocare tertianam,  
 cum 1. symptomata & reliqua signa testeatur tertianam, non quoti-  
 dianam. 2. Non possibile saltem, id quod nemo facile negaverit,  
 sed & credibile maximèque probabile sit, ob dicta modo signa ter-  
 tianæ, latere fermentum hujus febris in duabus foci, ita ut unum pri-  
 mo, alterum secundo die sanguinem invadat, sicque inter duos pa-  
 roxyssmos semper dies esset intermedius æpópēs, nisi ab altero tunc  
 hoste sanguis invaderetur, sitque ideo revera & propriè *Tertiana*,  
 cum tertio quovis die redeat, nullumque modum quotidianæ vocari pos-  
 sit: hinc 3. paroxysmi non soleant esse æquales, de quo postea. 4. Cu-  
 ra etiam aliquantum variet, sicque incautior quispiam, ad nomen  
 magis, quam naturam febris attendens, si quotidianæ vocaretur, de-  
 cipi facile atque errare, licet non adeò graviter, possit: Hinc *Celeb.*  
*Schelhammer.* in *Diff. de Genuinâ febres curandi methodo*: monendum,  
 inquir, Duplices tertianas & quartanas, hasq; triplices, habendas optimo  
 jure duas tresque febres, proprios suos circuitus habentes, adeoque  
 nihil diversas reipsa ab aliis; singulas quoque suam postulare cura-  
 tionem peculiarem, cù lego, ut à mitiore incipiatur, eaque, non ne-  
 glectis tam en cæteris, fortioribus primum oppugnetur remediis: sic  
 citius, quam reliquias cessaturam spes est, quod factò majora inter-  
 valla plus loci relinquunt & Medico alterantibus acturo, & natura-  
 vires instauranti. Præter verò vulgarem hanc inter Febrem quo-  
 tidianam & Tertianam duplicem distinctionem, solet ulterius Ex.

Dn. Praes, distinguere inter Tertianam dupl. & Tertianas duas; in praxi nempe observatur, recurrere aliquando Febris singularis diebus, ita quidem ut eadem sit vehementia, eadem affligant symptomata, idem planè sit typus, unusque ad eum paroxysmus alteri omnino similis quoad omnia, singula tamen praesentia signa non de quotidiana, licet quotidiè eodem modo recurrat, sed de Tertiana testari, quæ optimò hinc jure Exe. Dno Praes. vocatur Tertiana Duplex; qualis etiam est, si alternis quid: diebus, sed in unius die duo paroxysmi, sibi invicem planè similes, invadunt; quæ utraque Tertiana Duplex rarius paulò est: *Frequentius* autem contingit, ut quotidiè quidem ægrum torqueat paroxysmus, sed ita, ut unus alteri non sit similis, verum primus tertio, quinto, septimo &c. Secundus, die, qui æmpergias deberet esse, invadens, quarto, sexto, octavo &c. respondeat: Primum paroxysmum vocare nonnulli solent *originalem*, alterum *emergentem*, huncque præ illo curatu faciliorem judicant, quod uti aliquando contingit, si scil. mitior sit *Emergens*, rigor, æstus, dejugatio virium, & reliqua symptomata tanta non sint ac in *originali*: ita ordinarium id non est; contingit enim ut alia quidem adsint symptomata in paroxysmo secundo ac in primo, sunt tamen illa quandoque non minus vehementia; hinc licet e. g. secundum, quartum &c. paroxysmum non coinitetur *Cephalalgia*, quæ in primo, tertio &c. ægrum affligebat; adeo tamen econtra *cardialgia* ad desperationem usque intensa; qui paroxysmus mitior præ illō vocari nequit: quemadmodum etiam paroxysmus secundus *Emergentis* non est solum me. teri videtur, cum febris primò est simplex, postea vero successu temporis fit gemina, sicque alter paroxysmus è primò quasi emergit; non vero si simul in principio statim utraque adsit febris; tunc enim nondemum una ex altera emergit quasi & generatur, sed propriam quælibet habet originem: Hanc vero Febrim, quæ communiter magis *Tertiana Duplex* audit, ob diversitatem paroxysmorum Exe. Dn. Praes vocat *Tertianas duas*, easque non ex inutili subtilitate à Priori quam *Tertianam dupl.* vocat, distinguit, quatenus 1. licet in praxi usum talia haberent nullum, Medicum tamen accuratum distincta distinctè tradere, nec ea, quorum diversitatem ipsa ostendit Natura, confundere deceat. 2. Curatio etiam differat, cum in Priori Tertia-

na Duplici, cura utrius que Febris sit eadem; in posterioribus vero, Tertianis duabus, variantia symptomata curam etiam aliquantisper varient. Quae omnia ad Quartanam etiam applicari facili negotio poterunt.

## Th. III.

*Febris Hectica & Lenta Tabifica distinguuntur & debent.*

Sunt hæc Febres, de quibus vulgo dicitur, in principio facile quid: curari sed difficulter cognosci, in progressu autem facile cognosci, sed difficulter curari, quod de Hecticis & Lentis Tabificis effatum ubique ferè in Practicorum libris deprehendere licet: Non autem adeò facile inter Recentiores præsertim, iavenias, qui unam ab altera distinguat; hinc vero esse videtur, quod non eadem & uniformem febris Hecticæ curam apud Autores Practicos reperire liceat, dum alter *Hecticam propriè dioram*, alter pariter quid: *Hecticam*, sed quam Exc. Dn. Præses *Lentam Tabificam* appellare solet, curandam describit, quæ non quivis statim tyro conciliare novit. Observat nempe in praxi Exc. Dnus Præses, aliquando Febrei continuæ, rarius Intermittenti succedere febrem corpus depascentem, instar carbonum sub cineribus latitantium, post apertam defagationem, qualis in febre continua præcedere soleat, per quam textura sanguinis ita depravatur, ut corrigi vix amplius possit, quare & Hectica plerumque sit incurabilis; calorem enim adest p. n. qui licet remissior sit quam febris continua præcedens, intensior tamen est ratione consumptionis, marasmum enim inducit, contabescitque insigniter adeò corpus, ut æger skeleton referat, pallidus vultus, arida fit cutis, sitis est intensa, sudores adsunt colliquativi, vires nimium quantum prosternentes; hinc purgantia & diaphoretica, cane pejus & angue à practicis fugiuntur: hæcque Exc. Dno Præsidi propriè *Hectica* dicitur. Frequentius autem observatur contabescere corpus, calere etiam p. n. ad modum quid: febris continuæ sed remissioris, & circa vesperam cum exacerbatione; verum corpus non est adeò aridum & squalidum, nec palitet saltem æger, sed faciem potius ostendit luridam, cacheoticis similem,

nilem aliqualiter nonnunquam tumentem, quod nos vocamus *Hecticam*,  
 pfecta tanta non adest sitis, nec intensa adeo virium prostratio; de  
 aliis autem conquerantur incommodis, anorexia aliquando (quæ ab  
 aliquibus pro potissimâ contabescentiae causâ habetur, quibus tam  
 men, cum appetitus dejectus non semper adsit, imò aliquando sit si-  
 mius, non assentimus) difficulti respiratione, variâ præcordiorum  
 compressione, ructibus, cardialgia, aliisque quæ non tam aliquid  
*Hectici* quâ *cachectici* potius vel, ut vocari solet, *hypochondriaci*, de-  
 monstrant; hinc & sudores, licet copiosi, frequentius tamen cum al-  
 leviatione sunt manifestâ, quâ virium prostratione, secus ac in He-  
 cticâ; quare & lenia *purgantia* & *Diaphoretica*, formidanda adeo  
*Hecticis* nomina, in posteriori hac specie, quæ *Lenta Tabifica* Exc.  
 Dno Præf. audit, non admitti saltem possunt, sed sæpè necessaria pla-  
 nè sunt, ita ut reliquis, hic quoque vulgo præscribi solitis, *Antihet-  
 eticis* nihil aliquando proficias, nisi Universaliora illa præcesserint;  
*Purgantia* quid: lenia, si adsit anorexia, cardialgia, ructus, præcor-  
 diorum compressio gravativa, qualis humoribus priuitosis, dolor  
 etiam aliquando urens, qualis humoribus biliosis vulgo adscribitur;  
*Diaphoretica* verò, si in reliquo potius corporis ambitu varia variis  
 etiam ab ægris, aliquando nullis planè expressa nominibus incom-  
 moda adsit, compressio quoq; præcordiorum & difficultis respiratio  
 molestâ sit, sed talis qualis à flatibus oriri solet, id quod Medicus  
 practicus haud adeo difficulter hariolatur: Quin & in reliquâ curâ  
 ordinariis illis *antiheticis absorbentibus*, *terreis* &c. jungi decet non  
 tam multa viscida, macilaginosa, uti in Hecticâ propriè dictâ, quâ  
 leviter *Aperientia*, *Anticachectica*, *Crem. tartari*, *spec. diarrhod.* *Abb.*  
 &c. Quodsi & Causam præcedentem consideremus, Hectica propriè  
 Exc. Dno Præf. dicta ordinariè succedit *Febribus*, frequentius conti-  
 nuis, rarius Intermittentibus: Lenta autem Tabifica sæpè absque præ-  
 cedente febre, sed vel per se, absque tali manifestâ præcedente causâ,  
 vel ab abscessibus aut ulceribus sive internis sive externis oritur; (de  
 variis Tabem præcedentibus morbis vid. *Morton. phthisiolog.*) ali-  
 quando tamen febrem etiam sive intermittentem sive continuam se-  
 quitur, ejusque quasi continuatio, sed remissior esse videtur, in quô  
 casu convenit quid: cum Hectica, ratione hujus originis, per reliqua

tamen jamjam adducta signa satis ab illâ distinguuntur ; quid ? quod & prognostis generatis haud adeò levem , vel subtilem saltem scholasticorum , quam Medicus in praxi attendere nec posset nec debeat , distinctionem harum Februm demonstret . Hæc enim difficultè & raro ; Febris autem Lenta Tabifica frequenter satis nec adeò difficulter curatur . Febres has non ab internis saltem , sed & externis oriri ulceribus vel Abscessibus dixi ; aliquando scil. non semper : notum enim est dari practicæ satis Celebres , qui Febres has Hæcicas & Lentas Tabificas ab Ulcere vel abscessu hujus vel illius partis interne unicè deducant ; At , quemadmodum non negatur , aliquando & forsitan frequenter ab internis illas oriri abscessibus ; ita tamen universale id non est , observavit enim Excell. Dn. Preses ejusmodi febrium plures , ubi nec signum ullum vel symptomata , nec cadaverum sectio aliquis ulceris aut abscessus demonstrabat ; in quo & ἐμόψυχοι præter alios habeo laud. supra Schelhammer. cit. Diff. p. 117. & seq. oriri tamen eandem & posse & solere ab ulceribus externis , Ratio æquæ suadet ac Experiencia , eadem enim ulcerum est ratio f. in internis , s. in externis sint partibus , inficit utrobiique ab iisdem sanguis , qui jam anteā infectus aliquando ea produxerat , sicque perpetuus quasi sit circulus , sanguis scil. inficit & inficitur ; periculosiora tamen sunt in internis quam externis partibus , partim ob majorem in aliquibus affuentia sanguinis copiam , partim ob nobiliorern viscerum internorum actionem , majoremque exinde metuendam machinæ nostræ læsionem , partim ob locū applicandis adeò commodè medicamentis minus idoneum , aliasq; forsitan rationes ; Experiencia verò id non tantum in Ulceribus diuturnis , sed & in scabie demonstrat , quam Febris etiam Lenta haud raro comitari solet , ubi n. & purgantia & diaphoretica non excluduntur , licet in eodem , quib; alijs , gradu , exhibentur non debeant . Quis etiam absq; precedente Febre vel Ulcere s. interno s. externo oriri possit Febris lenta Tabifica , dubium non est à p. n. sc. dispositione partium chyli dispensationi & sanguinis depurationi inservientium , quæ vel acrimoniam vel forsitan aliquando vapescientiam vel aliam denique ad nutrientem ineptitudinem , defectumque partium rosarum , balsamicarum , chylosarum , vel quoconque partes nutrientes insignire vel nomine , sanguini inducat e. g. tumores , ob-

struc-

*fructiones glandularum mesaraicarum*; quarum etiam glandularum  
nt & pancreatis succum visciditate auctum *Sylvius* accusat. Imò Fe-  
bres ejusmodi à nimio corporis exercitiō, labore continuatō, inedia  
diurniore, irā vehementiore, tristitia etiam & animi macerore &c,  
observantur; quæ omnia a credine quid: defectumque partium nu-  
trientium sanguini inducere apta sunt, non tamen præcisè *Acidū*  
particulis sanguineam cussulant, quas plerumque accusare solent *Re-*  
*centiorum* plurimi, inter illos maximè, qui easdem Febres à solis ul-  
ceribus deducunt: Ne enim urgeat, ingens satis esse postulatum, in  
omnibus ulceribus non nisi *Acidum* peccare, utpote quod & *Aliorum*  
quoque *salium* ad discindendos, discerpentes tubulos, ulceraque con-  
stituenda aptitudo, & varii sanie & puris odores atque sapores, non  
saltem acidi, & ipsa cauteria lixiviosa, ulcera actu inducentia, testi-  
bus fontinalis, & denique dolores ulcerum, non falteria quales *Acida*,  
sed & vagi, igaei, inflammatorii, talesque quales lixiviosa cauteria  
inducere solent, variaque alia à Cl. D. D. *Briglio*, *Prætico Goppingensi*  
*felicissimo*, *Fautore & Amico colendo*, in *Disput. Iaug. de Ulcerib. An-*  
*siquis sub direct. Exc. Da. Praefidis*, adducta, dubium reddunt; Si quis  
non propriam saltem rationem variisque erroribus obnoxiam phan-  
tafiā, sed ipsam experientiam variaque hinc inde occurrentia phæ-  
nomena consulat, observabit quidem, adesse aliquando macorem,  
tristitiam, appetitum nimum, alvum adstrictam aliaque *Acido* ad-  
scribi solita symptoma; aliquando tamen calor adest insignior,  
rens, sitis insignis, alvus magis liquida &c. quæ certè *bileſis*, *alcali-*  
*nis*, *sulphureis*, ad minimum prædominantibus, labentius adscribe-  
retur quam *Acidū*; hinc & in posteriori casu, præter *Refrigerantia*, *In-*  
*fringentia Terrea*, teste experientia, etiam *Acidula* profundat, quæ con-  
tra *Acidum* vix suaderentur; hinc & laudatus *D. Schelhammer*: cum  
pluribus forsan *Aliis de Antibetice Poter. sive bezeardice Jovisli*, du-  
bitat, num antibetica vim peculiarem possideat; nulla enim, in-  
quit, ejus in stanco indicia apparent, nisi quis *Acidum* absorbendo  
agere existimet; quod tum demum admitti poterit, ubi *Acidum* in  
Hecticis peccare fuerit demonstratum, quod hoc usque præstitum  
non est.

Chartis hæc jamdum illeveram, cum & à *Sennerto*, *Fernelio*,

dubioque procul Aliis pluribus, duashas febres Hædicas & Lentam Tabifico, sedulò, non nihil etiam à W<sup>s</sup>illifio, distictas vidi: Quia tamen aliter paulò, ac h̄c, factum, quin & à Recentissimis Scriptoribus non sakte & distinctè non tradantur, sed & in ipsâ praxi ad huc hodiè coafundi frequentissimè soleant, eorum, quæ ad illustrandam hanc thesin, rudi licet, nec uti decebat, accurato fatis penie llo scripsoram, non pœnituit.

## Th. IV.

*Expletio Desiderii, quō in hunc vel illum Cibum aut Potum avidè fertur Febricitans, Febrim aliquando, non semper curat.*

Vulgare est, apud plebejos maximè, quod si quis Febricitans avidè in hoc vel illud cibi vel potūs genus feratur, explendum esse ipsius desiderium, sive cibus ille vel potus secundum ordinarias Diætas regulas sit inter salubres sive non, tot enim prostare exempla, & loqui quotidiamam plurimorum experientiarum, qui concessò avidè expedito ejusmodi potu vel cibo, à febre liberati fuerint, die das Fieber weggeessen oder getrunesen haben: Jucundum profectò medicamenti genus, quod, nisi paradoxum nimis esset atque Empiricum, denegari nemini salvâ conscientiâ vel posset vel deberet. Quod si tamen accuratius paulò in ejusmodi exempla, aliaque huc aliquid forsitan contribuentia phænomena, inquiratur, observabitur 1. plerumque non expeti absurdâ, quod in Picâ gravidarum fieri solet, nec semper cibos vel potus tales, qui vel in genere corpori nostre, vel in specie subiecto ægrotant, i. ratione constitutionis naturalis s. respectu morbi, quô laborat, insalubres judicantur, sed aliquando cibos satiis in se, & respectu ægri salutares, in majori tamen, quam alias, quantitate. 2. ordinariè magis salutarem expleti desiderii effectum observari, eð tempore quô morbus ipse ad declinationem jam vergit; hinc ne unicum quidem Excell. Dn. Præses in diffusissimâ suâ Praxi observare potuit, quem in principio statim febris expetus & concessus

ejus-

ejusmodi cibus vel potus juverit. 3. Antequam desiderio tali capiatur  
 æger, plura sæpè medicamenta Antifebrilia in usum ducta fuisse. 4.  
 cedere sæpè febrem sponte suâ absque vel medicamentis vel præseante  
 & expletò ejusmodi desiderio, quippe quod non in omnibus adest Fe-  
 bricitantibus. 5. Fieri aliquando ab assumptô tali cibo vel potu eva-  
 cuationem quandam e. g. vomitum, &c. 6. Maximam tamen esse  
 affectuum Animi uti in producendis ita & curandis Affectibus cor-  
 poris efficaciam. Ad quæ si quis sedulò attenderet velit, dicendum  
 videtur 1. sæpiissimè forsitan circa hoc punctum committi fallaciam,  
 ut cum Logicis loquar, non causæ et causæ; quod si enim, antequam  
 desiderio hoc teneretur, æger sub Medicijam fuerit curâ, debitissime  
 usus fuerit medicamentis secundum observationem 3. quis, quæcunque,  
 qui sanam magis rationem, quam ineerti vulgi strepitus, sequi cupit,  
 effectum, si sequitur, salutarem, non prægressis potius medicamen-  
 tis, quæ & Ratio & Experiencia in talibus affectibus commendat,  
 adscriberet, quæm avidè expetito & concessu cibo vel potui, reme-  
 dio extraerdinario & paradoxo. 2. Cùm phenomenon hoc non  
 in principio statim, sed declinante jam febre observari soleat sec. ob-  
 serv. 2. rarum autem non sit, sponte, dietô præsertim declinationis  
 tempore, cedere febrem absque vel medicamentis velejusmodi desi-  
 derio sec. observ. 4. absurdus adeò non esset, qui Naturæ (reservo hoc  
 nomen, ob loquendi compendium) potius opus hoc adscriberet,  
 quæm cibo vel potui concessu, crederetque idem fuisse obventurum,  
 licet nihil extraordinarii circa appetitum ægri contigisset. Quod si ta-  
 men 3. cibi ejusmodi vel potu assumpti sint salubres, & non saltē  
 naturali, sed & præsenti p. n. quæ laborat æger, constitutioni ac-  
 commodati sec. observ. 1. haud incredibile, quin probabile potius  
 est, (cùm vix ullum sit alimentum, quod non simul possideat vim  
 quandam medicamentosam; præsertim si in majori, quæm alias,  
 quantitate sumatur) ingestum avidius ejusmodi cibam vel potum  
 vices etiam medicamenti explere, sicque morbum tollere, non tan-  
 quæm cibum vel potum avidè appetitum, sed tanquam medicamen-  
 tum, maximè cùm alia jam plerumque præcesserint, ipseque morbus,  
 dum effectus talis, licet non adeò, ut vulgo creditur, frequens, con-  
 tingit, sit in declinatione. Sin verò 4. vel qualitate adversa, vel

nimia quantitate ingestâ ejusmodi vel vomitum, vel si potuienti quid fuerit, largam fersan diaphoresin aliamve ejusmodi evacuationem cieant, sec. obser. 5. morbum pariter aliquando tollere possunt, sed æquè ut medicamentum evacuans, non ut cibus vel potus avidè appetitus. 5. Est tamen obser. 6. non omnino fersan de nihilo; quanta enim sit pathematum animi vis tamen in insuendis quam curandis morbis, vix quisquam Medico praktico melius perspicere poterit, consentiente planè Ratione, cum enim spiritus ad quævis actiones corporis nostri concurrant, quin eidem quoque varias inducere possint mutationes, nullum est dubium, quare & locum inter res non naturales Animi pathemata obtinuerunt, quæ pro diversâ sui ratione corpori nostro modò prosunt modò nocent; immo quam varios, & quos, nisi experti, vix crederemus, in spiritibus & sanguine, & consequenter totò corpore eadem excitent motus, quilibet in se ipso experitur, sùò aliquando cum commodo, aliquando cum danno: quæ prolixius paulò D. D. Schmelz. Practicus, nō fallor, Dresdens: in Posit. Iusang. sub Direct. Exc. Dni. Presid. deduxit, ubi passiones animi sèpè causam, frequenter productum, non raro tamen Remedium morborum, uti non unquam etiam impedimentum curationis esse demonstrat, eoque refert & Febris illam, quæ peregrinos (non Helvetios saltem, quorum propria esse vulgo creditur, sed & aliarum nationum quosdam) ex nimio patriæ desiderio, sicque spirituum & sanguinis, à tali Animi pathemate, motu & mixtione turbatā invadit, quam vulgo vocant das Hennwch; in curandis autem morbis, quid Ira, Terror, Confidentia erga Medicum, Patientia, Conscientia etiam, Gaudium primis atque Hilaritas ægri decumbentis possit, quippe quæ plus sèpè profint quam plurima medicamenta, per Rationes & multiplices Excell. Dr. Presidis Obser. deducit: Quodsi E. tanta est Animi affectuum vis in curandis etiam corporis affectibus, inveniet fersan paradoxa illa febris per cibum aut potum avidè expetitum Curatio aliquod tandem fundamentum, præter ea, quæ jas diximus, in illa spirituum, ob expletum desiderium, exultatione quasi, vel quocunque exprimere velis vel possis nomine peculiarem illum spirituum totiusq; Mass. Sang. motum, quem cuius in seipso, ob concessum quoddam impensè desideratum, fa-

cilius

cilius experiri licet quām debitō exprimere nomine; quomodo cuncte autem voces, manebit in genere peculiaris spirituum & sanguinis commotio, quae cū extraordīnaria sit & inconsueta, imò in iis, qui Animi Affectus aureō mediocritatis frēnō non adeò benē coēcere norunt, satis sine dubio insignis, fieri vix potest, quin notabilis etiam sit in corpore nostrō mutatio, quā aliquando Febrim quoque quomodo cuncte curari posse, haud adeò præfراctē negab̄, maximē si febris per se jam ad declinationem vergat, sicque non amplius vel medicamentis, vel quæ horum vices nonnunquam implent, animi pathematibus, inductisque ab his motibus, adeò pertinaciter reflat: hinc &, denegato ejusmodi cibo vel potu, si febris non saltem non cedere, sed & augeri videatur, si aliam causam admittere non velis, conceptæ id forsitan tristitia, vel, quod forsitan frequentius, vehementi irā adscribi poterit. Quanquam autem credibile tandem evadat, di& modō, in iis maximē, qui Affectibus frēna laxant, sicque maiores, ab ejusmodi spirituum & sanguinis commotionibus, subeunt mutationes, Febrim, per se ad declinationem vergentem, penitus aliquando curari posse; Remedium tamen manet Empiricum, quod à Medice Rationali, nisi forsitan cibus vel potus expeditus in se planè sit salutaris, nunquam suadendum.

## TH. V.

### *In Phthisis Curatione ad Febrim semper respiendiendum.*

Quām difficilis sit Phthisis Curatio, totuplices Medicorum & que ac & grorū querelæ, horumq; fūesta sāpē Experientia, testantur, quare & communī ferē Practicoram suffragio, in phthisi perfecta & consummatā, tanquam incurabili planè, ad animam potius quām corpora cura dirigenda censetur; observavit tamen unus & alter Practicus aliquot perfectæ & consummatæ phthiseos curatæ exempla. Quemadmodum autem in morbo, licet haud adeò desperato, difficultior tamen fit cura, presentibus contraindicantibus, quod enim unum indicans cum fructu agendum suadet, alterum

rursus, tanquam sibi noxiūm dissuadet: Ita hanc vulgaris in tali casu  
 Medicī requiritur prudentia, quā potissimum distinguere se ab Em-  
 piricō valet, ne unicum saltem, & quod primō forsan ipsā occurrit,  
 indicans sequendo, huic vel illi symptomati occurrat, sed alterum  
 interim quod fortassis magis vel æquè (suo sensu) indicabat, ex-  
 speret & augeat: Cujus exemplum præbet & phthisis, in quā præter  
 tuſsim, aliaque consueta phthisicis symptomata, febris quoque ad-  
 est lenta, quæ prout vel mitier est vel vehementior, minus etiam vel  
 magis urget, Medicique ad se trahit operam; quemadmodum & re-  
 liqua symptomata aliquando magis, aliquando minus urgent cu-  
 tamque postulant e. gr. tuſis, expēctoratio: flumis etiam alijs nimis  
 & p. n. (non quivis copiosus, solent enim aliquando phthisici quo-  
 que copiosè dejicere, quod, licet pessimum alijs habeatur signum,  
 terrorem tamen nec Medico incitat nec ægro, si accidat in iis, qui  
 simul appetitu gaudent nimio, cùm enim multum ingerant, mul-  
 tum etiam, & plusquam ordinariè solent, egerant, necesse est) cu-  
 ram ad se trahit, taliaque exp̄escit medicamenta, quæ promovenda  
 alijs *Expēctoratio* prohiberet. Præ aliis autem Febris quoque est,  
 q. æ Curæ ordinariæ remoram injicit: Communiter sc. à Medicis,  
 u. i. in aliis ulceribus diuturnis, ita & in ulcere pulmonali sive phthisi  
 commendati insigniter solent *Decocta Lignorum*, *Sassafras*, *Gueja-*  
*ci*; *Radic. Chin. Iresos*. aliorumque calidiorum paulò; de quo-  
 cum optimis effectibus Practici tām Veteres quām Recentiores hinc  
 inde testantur, ut ab aliquibus tantum non pro solis & universalib-  
 us in hoc affectu haberi videantur remedii. Verum tenim prò ac-  
 cedit non raro, ut Febris, quā ejusmodi ægri laborare solent, valde  
 sit intensa; quod in casu, calidiora ejusmodi Decocta, præprimis *Li-*  
*gni Sassafras* vel alias etiam formæ medicamenta, suaderi à Medi-  
 co Rationali, non Empirico, nec possunt nec debent; magis enim  
 alijs semper intenderetur febris, præcepsque fieret ad mortem la-  
 psus, antequam Decocta illa suam in curando ulcere absolverent  
 operam; iūdō nec impossibile esset, ut, licet decocta illa continuata  
 nūlū curarent, æger interim, curatō etiam ulcere, ex febri tamen,  
 nimis & quotidie magis per decocta illa intensa, viriumque defectu  
 moreretur. Mutanda itaque paulisper in tali casu cura & ad Fe-  
 brim

brim præcipue, prioris tamen indicationis nos omnino obliviscen-  
do, diligenda. Causus quidem cautela in praxi maximè observan-  
dæ mentionem etiam præ aliis faciunt *Sennertus*, & ex paulò Re-  
centioribus, *Willifius*; quin ex Recentissimis quoque *Merton*, qui  
eam in suâ phthiſol. non semel inculcat. Hi tamen, præcipue duo  
priores, calidiora & sicciora talia in eô saltem casu prohibita vo-  
lunt, ubi spes salutis omnis iam decollavit: Hinc & *Beatus noster*  
*Habenrefferus* in *Disput. de Phthisi* quoad summum gradum, *inquit*,  
etiam si iam omnis spes salutis quasi contabuerit, haud tamen dese-  
rendus est æger, sed eidem, si non ad evitandam, tamen ad remo-  
randam mortem, medica manus supponenda; quod in casu, *pergit Il-*  
*le*, docet *Cl. Sennertus*, humectantibus solu-, refrigerantibus ac  
nutrientibus corpus extenuatum reficiendum: Sic enim vita al-  
quandiu protrahitur: medicamenta etiam, quæ ulceri conveniunt,  
ex extenuate corpori profundunt, ita miseri & attemperari queunt, ut  
medicamenta una parte ulcens purgent, abstergant, & siccant, alte-  
ra vero corpus reficiant. Et *Willifius*: in hoc casu, (ubi scil. phlo-  
gosis adsit in gutture cum dolore admodum molesto, quod morbi  
deplorati facti sive certissimum) *inquit*, pulmonis mun-  
dificatio, nec non ulceris abstersio & exiccatio frustra intenduntur:  
nam medicamenta quæcumque calidiora, in eos fines destinata, & in phthisi  
incipiente satis commoda, in confirmata intolerabilia existunt, qua-  
tenus nempe pulmonis phlogosin augmentia, febris hæticam, sitim,  
vigilias, aliaque symptomata perquam intendunt, aut de novo ac-  
cident: quin vero in tali morbi hujus statu, ubi tantum vitæ protra-  
gio cum euφogia & euθœrœgia proponitur, ea potissimum remedia  
conducunt, quæ sanguinis fervorem compescunt, præcordia & stu-  
antia contemperant, atque spiritus instaurant & blandè demulcent.  
Verum enī vero non in hoc saltem extremo casu, sed & ubi adhuc  
haud exigua supereft curationis spes, & quocunque deum morbi  
tempore, cautela hæc oculis & animo perpetuo obversetur, quoties-  
cunque ex variis causis sive internis sive externis, febris juncta ve-  
hemestior sit, quod non in summo saltem morbi gradu, sed & in me-  
dio, immo saepè in principio statim morbi contingere solet, id quod  
etiam *Willifi Conterraneus*, *Merton*, vel tribus saltem verbis notasse

videtur: hinc, licet etiam *Expectoratio* omni studio sit promovenda, quod si tamen simul intensior adsit febris, quamvis & expectoratio sit difficultis, proindeque validiora paulo & calidiora, mucum viscidum attenuantia e. g. sperma eeti, flor. sulphuris, benzoe, rad. ireos, gummi Ammoniac. &c. requirat, febris tamen intensior ea ordinariè non admittit, nisi forsan extrema adsit necessitas, statimque sic satis periculosus, hinc difficulti respiratione & metuenda suffocatione, illinc intensa nimis febri ingens ægrot periculum minitante; qui casus præ aliis, prudens omnino Medici practici judicium requirunt.

## TH. VI.

*Menses suppressi per Emmenagoga non  
semper ciendi sunt.*

Inter Res non naturales meritò referuntur & Evacuationes variæ, interque has solemnis illa sexus sequoris menstrua, utpote quæ non secus ac reliquæ, pro diversâ sui ratione & salutaris est corporis fœminino. & noxia; salutaris sine dubio, si debito modò excernendus ille quovis mense sanguis fleat; talem enim ex sapientissimi & providi maximè in futuros casus Creatoris voluntate nacta est fœmina dispositionem, ut non tantum sufficiens pro individui sui conservatione, sed & profuturi aliquando fœtus nutritione, alimentum præparet: Ne verò sueci hi, dicit Excell. D. Bohnius, quos in aliena commoda cumulat eadem, copia & mole ipsi extra gestationis auctorisationis negotium exitiosi evadant, statim temporibus vasa deplentur, tantumque illius massæ rejicitur, quantum pro allevando parum corpore hujusque viribus congruum, donec congestis pristinis copiis, nisi imprægnatio superveniat, novam sarcinam denido deponat eadem mulier. Quod modò Fermento vel Hiero innato, vel circa eundem congesto, à salibus, cum alimentis deglutitis, ac cum succi alibilis redundantia ad uteri tubulos devolutis, derivando, vel denique è longinquo, à Lunâ emendicando, opus non erit, cum ipsa ex necessitate dispositionis fœmininæ contingens sanguinis abundantia & turgescencia, una cum uteri conformatione, vasorumque elas-

elasticitate, ad hoc opus videatur sufficere: plura circa hanc hypothesin desiderans adeat præ aliis *Cl. Bohnii Circul. Anat. physiol.* & *Cl. Bergeri, Prof. Witteberg. Diss. de Suppressione Catameniorum*: Quibus tamen, ut & quibuscumque sententiae hujus Patronis sequens cum dicta hypothesi, licet omnium alias facilimè, conciliandum proponere liceat phænomenon: *Observatus* in praxi, in communi suppressione mensium, *Emmenagoga* effectum suum non præstare, nisi circa illos demum dies, quibus alias in statu naturali redirent menses, exhibeantur, non verò tempore intermedio: Quæritur E. cur turgescentia, ὁρασμὸς, nifus ille adsit e. g. quartā post primam fluxūs suppressionem septimā, tempore scil. quo fluxus naturaliter redire deberet, illisque diebus menses per menagogam cieri possint, non verò quintā, sextā, septimā hebdomadā, ubi major adest sanguinis quantitas quam quartā? cur octavā, tempore rursus ordinariō, non verò nonā, decimā, undecimā, in quibus tamen rursus turgescere magis deberet sanguis, quam octavā? cur duodecimā, tempore iterum fluxui debito, non verò decimā tertiam, quartā, vel quintā? & sic perrò. *Evasit* autem eadem solennis excretio noxia valde, si vel nimia sit, vel dolorifica, vel suppressa; *Suppressionem* maximè fecundam variorum malorum matrem esse, quotidiana, metiā tacente, lequitur Experientia; *Quemadmodum* autem in ejusmodi casibus præcipua cura in restitutione evacuationis illius adeò salutaris positam esse nemo nescit; ita varios tamen aliquando in praxi, circa media ad scopum illum ducentia, committi errores, nullum pariter dubium est: Dari enim Casum non unum, ubi, suppressi licet menses, per *Emmenagoga* tamen ciendi non sunt, *Cordationum Practicorum* nonnulli jam dudum monuerunt, e. gr. *Sennius*, *Wedelius* &c. ipseque præ aliis *Exc. Dn. Preses*, qui inter alias plures hanc quoque *Cautelam*, in praxi maximè observandam, tam publicè quam privatim urgere solet. *Præter* scil. *Pregnantes* & *Lactantes*, quibus menses absque incommodo, aut requisita cura, fluere non solet, *accidit* i. ut à præcedente insigni & copiosa sanguinis evacuatione e. gr. à casu, vulnero &c. menses subsistant, sive potius non fluant: in quō casu quis, nisi *Empiricus*, causas morborum non attendens, medicamenta *Emmenagoga* sive menses pel-

Lentia præscriberet, cum sanguis, qui expelli debet, ob præceden-  
 tem jam copiosa evacuationem, non adsit? non enim statum illud  
 tempus est, sed abundantia & turgescens, quæ sanguinem ad so-  
 lennem illam evacuationem urget; in tali autem casu redibunt vel  
 sponte, post aliquod tempus, vel imperatâ bona viâ ratione sic-  
 que restauratâ debitâ sanguinis quantitate, menses. 2. observare li-  
 cetur, non raro post præcedentes febres sive continuas sive intermitte-  
 ntes, emanere menses, ubi scilicet pariter debita sanguinis & feri, à præ-  
 cedente morbo dissipati & absumpsi, quantitas non adest, quæ Em-  
 menagogue rursus exulare jubet; aliquando enim incommodi exinde  
 ægræ nil quod vel sentiant, vel timeant, habent, si scilicet alia sympto-  
 mata curam postulantia non adsint: hinc Regula Cl. Wedelii: Ubi-  
 cunq[ue] à mensibus suppressis nulla naturæ vel actionum naturalium  
 læsio vel actu adest, vel ex hoc capite imminet, cessat indicatio  
 menses movendi; maximè si statim tempore motus hujus intentati  
 vestigia à naturâ prodantur nulla: Et paulò post Idem, nunquam  
 inquit, menses fluere nōrent & ὥρασμον pati in utero, nisi redundar-  
 verit in corpore sanguis & metu sed ὥρασμόν huc feratur: pel-  
 las ergo, Empirice, quantum velis, vel ipsā fabiā aliisque potentia-  
 bus propinatis, frustra erunt omnia, nisi sanguinis consensus acces-  
 serit universalis. Quodsi autem post morbam ejusmodi non men-  
 ses saltem emanent, sed & ex defectu illo sanguinis & feri, (non  
 mensum, qui tunc non Causæ, ut saepè Medicorum putat vul-  
 gus, sed symptomatis concomitantis rationem habet) quin for-  
 san ipsum viscerum in officio remissione, aliqua sentiantur incom-  
 moda, e. g. nutritio læsa, macies, virium debilitas &c. cura quidem  
 desideratur, non tamen ad pellendos menses, verum ad debitam  
 sanguinis quantitatem & crasis, viscerumque texturam restituendam,  
 quod nomine *juscula alterata*, præter alia, meritò commendan-  
 tur, quæ præter virtutem alterandi, nutriunt etiam, sanguinis  
 quantitatem restaurant, unâ cum *Gelatinis* &c. aliisque anatrepticis  
 & analepticis: hinc & *Sennertus lib. 4. prax. part. 2. sect. 2. cap. 3.* in  
 febribus, inquit, & similibus morbis, qui hepar debilitant, sanguinemque  
 ab eo generatum in totô corpore absunt, non solum ni-  
 hil sanguinis superflui, quod singulis mensibus evacuetur, redundat,  
 sed

sed & ob ejus defectum nutritio laeditur & corpus emaciatur; ideoque errant, qui in talibus casibus menstrua provocantia exhibent, cum sanguis, qui evacuetur, non adsit; quem paulo post bona potius victus ratione reparandum suadet. Praeter vero hos a citatis Autoribus adduci solites, datur 3. Casus, ubi pariter quidem post febrem sive continua sive intermittentem menses emanent, sed cum variis Chloroticarum symptomatibus atque incommodis, quibus tamen juncta sunt talia, quae non tam crassum & viscidum, familiarem alias Chloreticis sanguinem, quam potius prater sanguinem cum lympha deficiente, ejusdem particulas calidas, sulphureas, biliosas, acres, tenues p. n. & volatiles effrantes, indicant, qualia sunt pallor ad luteum magis quam lividum accedens, calor p. n. sitis, urina tenuis, justo magis tincta, pulsus celer, frequens, phlogosae &c. de quo integr. vid. Disput. Iaaug. Beati D. D. Braunii, Physici Neapolit. Amici, dum viveret, suavissimi, sub Direct. Exc. Dni Praef. habit. ubi non modo non juvare, sed & maximè nocere, illasque molestias augere Emmenagoga; prolixius demonstratur, Curaque potius per Absorbentia, Refluxionia temperata, Refrigerantia, pulveres, aquas, gelatinas jascula alterata, instituenda proponitur, confirmante hanc methodum felici Experientia. In modo simili datur modo recensito casus, ubi, licet nullus præcesserit morbus, sed a græ in statu adhuc versentur neutro, sive sanitatis latitudine, cum actionibus adhuc suis obviatis aptæ sint, adsunt tamen, præter ordinaria Chlorotica, recensita modo symptomata, & signa, que gradum ad futuram forsan febrem lentam tabificam sternere videntur, ubi pariter non Emmenagoga, symptomata illa plus exasperantia (licet in tali casu ab Exercitatissimis etiam Practicis, quibus nec Experientia deest nec judicium, præscribi aliquando soleant) sed, uti in priori, Refrigerantia, etiam Emulsiones ex seminibus refrig. &c. optimo cum fructu suadentur; sponte postmodum absque ullis medicamentis vel aliquando levissimis saltem adhibitis emmenagogis, qui anteà fermissimis non obdiebat, redente menstruo fluxu. 5<sup>a</sup> Deinde datur Casus, ubi Menses a tali quidem Causa, que emmenagoga secundum Meth: Med. requiri, supprimuntur; fit tamen ut sanguis, ob cumulatam sui copiam & irragescientiam, cum perob-  
strue

structas ordinarias vias non possit, exitum per alias e. g. vasa pulmonalia querat, sicque hæmoptoë exicit, aliquando magis, minus aliquando noxiā, (non enim quamvis hæmoptoë, magnum inferre damnum in Lectionib. publ. Exc. Dn. Präsid. monuisse memini, quippe qui non semel ægras ejusmodi plethoricas, vel suppressione mensium, vel febri quadam laborantes tractaverit, quæ magnam satis sanguinis copiam, quovis etiam febrili paroxysmo ejecerint absque ullo subsequente danno, imò forsitan non sine aliquo fructu) in quō casu ordinaria è Fonte Pharmaceut. communiter præscribi solent Menagoga, quæ tamen, licet à primariâ causâ indiceantur, nec Ratio nec Experientia comprobant, in tali præcipue casu, ubi insigae ægro hæmoptoë minatus damnum; commovent enim Emmenagoga sanguinem, orgasmum ei inducent, nec tamen præcisè ejusdem impetum ad uterum determinant, sed quaquaversum eundem, sicque ad pulmones æque ac uterum propellunt; cùmque in supposito casu saiaorem in pulmonibus, jam anteà lœsis, & ad quostrita quasi jam est via, quā in obstructis vasis uterinis, iacentia resistentia, mechanicā prorsus necessitate eò potius determinatur impetus & affluxus sanguinis, ubi resistentia est minor, sicque hæmoptoë non sine ægræ periculo augetur: Meliora autem in tali casu meritò judicantur Repellentia (quæ Experientia quotidiè laudat, nec circulus sanguinis mechanicæ leges improbat) è Fonte præcipue Chirurg. e. g. V. S. in pede, cucurbitula frictiones calide, pediluvia calida, &c. quibus sanguinis impetus à superioribus ad inferiores corporis partes determinatur, ipsique, quaquaversum alias ruituro, via quasi ad uterum monstratur, frequenti, cui plus in ejusmodi casibus, quā soli facile erroribus obnoxiae Rationi fidendum, Experientia id demonstrante.

## TH. VII.

*Quoad usum Repellentium Recentiores verbis  
multum, reipsâ parum à Veteribus  
differunt.*

A criter contra medicamenta à Veteribus in curatione tumorum  
laudari solita Repellentia debacchari solent Recensiorum plurimi,  
par-

partim, quod impossibilis planè sit humoris affluentis Repulsio, quippe quæ cum sanguinis motu pugnet, cùm sanguis à corde perpetuò ad partes propellatur, regredi verò per easdem vias nesciat; partim quod ipsa tumorum causa obstructio, per medicamenta ejusmodi Repellentia, frigida & adstringentia augeatur, ipsi vasis elapsi & tumorem constituentes humores frigidiores, crassiores, viscidiores, ad motum inceptiores reddantur, sicque non saltem per Repulsionem, utpote impossibilem, regredi nesciant, sed & posteà per Digestionem, Discussionem difficilior fiat cura, maximè cum ipsa testetur experientia, non raro adhibita ejusmodi Repellentia, abscessus, gangrænam, sequi, cùm humores & per se & magis adhuc per repellentia in motu impediti atque stagnantes corrumpi debant, præprimis cum Repellentium pleraque gaudeant Acidō, pecans stagnoantiam succorum Acidum augente; partim denique quod citius, tutius, & jacundius omnes inflammations, tumores & dolores per Discutientia, stagnantes, viscidos, crassos humores Resolventia, Attenuantia, Incidentia, Absorbentia, Anodyna, feliciter tollantur. Evidenter non adeò malè à Recentioribus istis, ut sibi suisq; videntur, Medicinæ Reformatoribus omnia hæc dicuuntur; præstarunt, ut loquitur *Excell. Dn. Preses in Lection. publ.* præ acri refutatione, imò dirā durāq; condemnatione, sicut in aliis, ita & his, potius meliore explicatio, conciliatio, moderatio, limitatio. Scil. damnantur passim ab illis Veterum dogmata, licet sèpè nec lecta nec intellecta, quotusquisq; enim, quæso, illorum est, qui non rejicere statim omnia, si vel terminos saltem Veterum sapient, quām potius limitare eadem, cum aliis conferre, melius explicare, & tandem quantum possibile, cum Recentiorum cogitatis conciliare studeat? quod tamen uti non raro circa alia, ita & circa hec ipsum, de quod agitur, punctum, medicamentorum Repellentium usum, licet non omnino, aliquemodo tam fieri posse & debere videtur. Quod si enim nostrorum in Arte Majorum praxin & curandi felicitatem perpendamus, credibile vix evadit, licet in Theoriâ & phænomenorum explicazione rem non semper acu, secundum hodiernas hypotheses (hypotheses enim non principia talia rectè dicit *E. Bartholinus*) tetigerint, potuisse tamen strassè omnes, quorum tamen plurimos acutarum satis narium suis-

se negari nequit, in praxi quoque errare, & talia commendare me-  
 dicamenta, quorum noxiam, si tanta esset, non potuisset non fre-  
 quens tandem per tot secula usus detegere, tam stupiditatem  
 quam concipiendi sunt, ut noxium eorum usum in diffusa &c. è &  
 feliciori non raro, ac Recentiorum praxi non animadverterint, haec  
 vel nocens adeò non est talius applicatio, nec tanta, quibus uulgis  
 proscindi solet, mereatur convicia, vel non tam frequens ipsorum a-  
 pud Veteres quoque fuisse videtur usus, maxime cum non nisi in  
 principio adhiberi Digerentibus plerumque misceri, torque casus,  
 ubi proficia non sicut, excipi soleant: evolvantur Veterum monu-  
 menta, quot & quantas cautelas circa repellentia posuerint, quae si  
 necessaria est, à Modernis tam acriter contra Veteres debacchantibus  
 repetitas sed absque mentione Veterum monstrare licet. Accidit ve-  
 rò non raro, ut Veterum curandi methodus in theoria rejiciatur, in  
 ipsa tamen postmodum praxi, eadem, quæ à Veteribus, prescriban-  
 tur medicamenta: immo qui Veteres sibi familiares reddidit Practicos,  
 simul & hodiè jungit Modernos, reperiet in horum tractatibus nire  
 depraedata sibi solis adscripta medicamenta, quæ ex *Foresti*, *Cra-  
 tonis*, *Solenandri*, *Fernelis*, *Plateri*, *Paracelsi*, *Crollii* &c. voluminibus  
 ac observationibus de verbo ad verbum de-ex- & transcripta sunt:  
 e. g. in *Iatre* Veteres bitem nimirum quantitate (non exclusa qualitate)  
 peccantem minuere, evacuare, jubent: Reclamat Recentiorum non  
 unus, viscidum nimis esse sanguinem, peccare bitem non in exceden-  
 te sed deficiente quantitate, bitem sanguini restituendam, promoven-  
 dum ipsius proventum &c. Quodsi autem ad praxin deveniatur,  
 eadem plane *Anticerica*, sapissimè ne formulis quidem mutatis, ad-  
 hiberi videoas, variatis saltem nominibus, ut quæ Veteribus bitem  
 in sanguine minuentia, Recentioribus bitem generantia vocentur:  
 Pari ferè modò se res circa medicamenta Repellentia habere vide-  
 tur: Sunt inter Repellentia fortiora *Adstringentia*, *terreo-styptica*, *Sa-  
 turnina*, *alcalina*, *calces*, *parata*, *palveres* *erysipelatodes* &c. e. gr.  
*bol. armen. terr. lemnia*, *creta*, *cerussa*, *lithargyr. corallia*, *visc. quer-  
 ein. malicerium* sive *cortex granas. rad. tormentill. alum. terra Vitriol.*  
*Cineres* &c. Hæc verò omnia & adhuc plura ab iisdem Reforma-  
 toribus in usum duci solent, mutatō paulam nomine, quatenus hæc  
 ipsa,

ipsa, quae Veteres Repellentia, Refrigerantia, Adstringentia, Recensio-  
 nes Acidum stagnantium liquorum Absorbentia nominant: Mi-  
 scunt scil. quandoque hæc cum spirituosis e. g. *spiritu vini Camphor*  
 qui tabulos penetrantur suâ vi aperiat, ut agitatae sic & attenuatae  
 particulae acidæ peccantes in addita Absorbentia transirent, & lo-  
 cum in illis à citò avolante spiritu vini relatum, cùm vacuum dari  
 non possit, necessariò repleant: At & Veteres Digerentia Repellen-  
 tibus miscenda frequentissimè incalcent. *Frequens* quoque Veter-  
 um Refrigerans & Repellens est *Camphora*: commendant verò ean-  
 dem & ad eccliam usque extollunt Recentiores, non quidem tan-  
 quam *Repellens* & *Refrigerans*, sed tanquam *Calidum* potius. *Dischu-  
 ziens*, *Attenuans* medicamentum, & rectè quidem, calidam enim ejus  
 naturam, præter vires manifestas, non orgo saltem, quæ cortex est  
 radicis arboris *Cinamomi*, *baccifera* (licet hæc rarer sit, vulgaris enim  
 Camphora), non *corticem* hujus radicis, sed propriam *arborem cam-  
 phoriferam* nuciferam, præ suâ agnoscit matre) sed & ipse penetrantissi-  
 em & peculiaris odor satis demonstrat. Præter verò Camphoram,  
 sunt adhuc plura Repellentium Catalogo à Veteribus inserta, & sub  
 tali nomine in usum ducta e. g. *alpin.* *lentic.* *palustr.* *spermarañar.* *ace-  
 tum,* *oxycrat.* *pulver.* *erysipelatod.* *varii* &c. quæ à Repellentium  
 quoque hostibus, sed sub Attenuantium, Digerentium, Resolven-  
 tium titulo, multoties commendata repertæ hæc. *E Reliquis* verò  
 Veteribus sub Repellentium nomine venientibus, quæ nec absor-  
 bendo nec attenuando secundum Recentioram placita agunt, adeò  
 que tanquam vera Repellentia, vel potius, frigida, succos viscidos,  
 crassos magis incrassantia, sive noxia & rejicienda ipsis videri  
 possent, plurima sunt *Anodyna*, quæ à Recentioribus & quæ ac Vete-  
 ribus in ejusmodi casibus urgeri solent aliisque miscenda prescribi  
 e. g. *ol. rof. laudatum* adeò repellens ac Defensivum, *solan. nymph.*  
*viol.* aliaque plura. Quid? quod forsitan nec ipsi Veteres omnia in  
 libris sub Repellentium nomine recensita in usum duxerint? quem-  
 admodum nec à Recentioribus omnia in specie, quæ sub hoc vel  
 illô titulô in libris commendantur, sed ea solam, quæ frequentior  
 experientia approbat, usurpari solent. *Vt E.* in ipsâ praxi tanta  
 inter Veteres & Recentiores differentia non sit, ac obiter generalia

utriusque ordinis dogmata considerantibus, ipsisque hisce Reformatoribus videri solet, qui quandoque à Veteribus, si in reipsā & praxi non possunt, verbis saltem & explicandi modō d̄fferre gloriæ tibi dicunt: imò, saltem ne suorum patronorum sententiam & modum agendi mutent Recentiores quidam licet Experientia & praxis aliorum ipsis aliud dicit, inhærent huic propulsationi & exilio Repellentium (ut vocabant Veteres) ipsi verò non raro in praxi adhibent e. g. *ad ophthalmiam præcavendam albumen ovi cum alumine.* Equidem nec mihi Veterum praxin in totum defendere, vel cum illa Recentiorum omnimodè conciliare animus est, cùm errare humānum sit, Veteres verò & homines fuerint, & humani à se nihil alienum putaverint; quin potius laudabile esse duco, inquire in Veterum dogmata, eadem tamen non promiscuè, quā in primū verba non ad delicatum Recentiorum palatum composita sunt, non sine injuriosis & sarcasticis verbis rejicere, sed conciliationem tentare, si verba vel modus explicandi hanc non admiserint, rem tamen ipsam servare, emendare, aliter explicare, & profiteri simul per quos profeceris, Veterum nomina non supprimaendo, tandem verò si nec res nec verba cum hodiernā experientiā congruant, tanquam erronea, amicè tamen, rejicere: qui hodiè tām fervide explodunt, damnant, homicidii absque limitatione accusant Veteres, proximo seculo ab omnibus laudem reportaturi sint, dies docebit. Ipsa autem, de quibus nunc sermo est, Repellentia ~~an~~ quā talia, non quā Anodyna, Absorbentia, Attenuantia, in tumoribus adhiberi possint, inquire, meus hac vice scopus non est; Sunt tamen & inter Recentissimos, quēs & quē ad minimum ac illis Cartesii pullis,

### De meliore lutō finxit præcordia Titan

e. g. *Wedelius, Muralitus &c.* qui in tumorum principiō illa strictè sic dicta Repellentia, quā talia, commendare non dubitant, mixta quidem plerunque attenuantibus, resolventibus, calidis, sive ut pars humoris repellatur, pars, regredi forsan nescia, non à repellentibus illis incrassetur, sed dissipetur, sive ad mentem laudatiss Wedel, efficiaciora ex additis illis tenuioribus, calidis, reddantur Repellentia, sintque illa tanquam vehicula repellendi viribus intrō deferendis: quis verò Exercitatiissimos hos practices, qui nec Galeni nec Cartesii

testi mancipia sunt, talia ex præconceptis solum opinionibus, non  
verò frequenti experientiā commendare, asserere ausit? præsertim  
cum nec *Ratio* ex Analogiā maximè petita, dissentire videatur:  
Quoties enim accidit, ut humores in tumoribus collecti e. g. in va-  
riolis, morbillis, scabie, podagrā &c. retrocedant, magna que malo-  
rum seriem, ipsam aliquando mortem, eamque sàpè subitaneam,  
inducant? hinc & in dictis pluribusque aliis casibus, quoties sc. tu-  
mores sunt *Criticī*, à *Naturā*, ut loqui vulgo solent, sanguinem de-  
purante & despumante ad extrema pelluntur, maligni sunt, *venenati*  
&c. Repellentia prohiberi solent: Nō vi quidem, quid responderi  
ad hæc soleat; scil. in ejusmodi casibus e. g. variolis, non retropelli  
humorem jam in tumore præsentem, sed sanguinem per se jam len-  
tam & tardius motum, magis incrassari, in motu impediti, ulter-  
iore que depurationem, despumationem sufflaminari & sisti, id  
verò humoris, quod tumores & pustulas jam fecerat, dissipari, si-  
que quia dissipato aliis ab intra non succedat humor, tumorque e-  
vanescat, retropulsam videri vel retrogressum; quare & plerum-  
que sequi soleat *diarrhœa*, quoniam scil. sanguis, cùm depurare se  
per exteriorem corporis ambitum non possit, eandem despumatio-  
nem in interioribus instituat, fluxumque talem ciat. Verum accu-  
ratus paulò dicta persistanti responsio hæc non satisficit: accidit  
enim, et *variolæ* e. g. subito sàpè ab adveniente frigidore aura ex-  
ternâ evanescant: dissipari in tali casu humorum sub pustulis con-  
tentum & subito & ab aëre frigidè, id quidem creditu & conceptu  
perquam difficile est; (fieri id aliquando in aliis casibus, non nega-  
tur) nec enim adeò facilis est humorum discussio & dissipatio, ma-  
ximè si jam sint *purulentæ*, ut subito quasi aut brevi adeò temporis  
spatio fieri possit, nullâ præprimis accidente causâ externâ mani-  
festâ quam aëre vel *medicamenta frigida*, quæ discussionem maximè  
impedire, nemo nescit: necessariò igitur humor ille variolosus in  
sanguinem quomodoque regreditur, variaque in corpore, fu-  
nesta plerumque parit symptomata, nihilque planè ex subsequen-  
te *diarrhœa* (quæ tamen non semper subsequitur) pro foliâ impe-  
diti secretione & depuratione sanguinis concluditur, cùm faci-  
lius fieri fluxus talis sive criticus sive symptomaticus possit, si præ-

ter sufflaminata illam versus exteriora despumationem, etiam secretus jam à sanguine liquor eidem reaffundatur: *Annus* est, ex quô *Excellentiss.* *Ds. Praes* infantem ejusmodi sub curâ habuit, qui totus variolis obsidebatur, quæ tamen subitò evanescentes (non sine suspicione causæ alicujus externa) ita quidem, ut, quod rarius forsitan contingit, ne vestigium quidem vel unius macula in cute appareret, inductis convulsionibus, infantem neci dederunt: Memini etiam in privatô aliquando discursa sequentia ab *Excell. Ds. Praes.* me percepisse aliorum tumorum exempla: Laborabat *Nosnemo* alcere pedum diuturno cum insigni pedum tumore, consolidabatur per se ulcus & tumor evanesceret omnis; quô fastidio jacebat æger, quasi apoplexicus, absque ullô sensu; fricabantur pedes, redibatque fluxus ulceris cum priore pedum tumore, & cum his sensus atque sanitas. *Alius* laborabat alcere renum, ex quô evadebat cacheticus, intumescentibus valde pedibus, vixitu subitò superveniente spontaneo, mox tumor omnis evanesceret, qui non amplius redibat, manente licet cachexia, quæ morti tandem ipsum tradebat. Vexabatur *Alius* podagrâ cum insigni pedum manusque tumore & movendi impotentia; intrahoræ quadrantem tumor omnis ad præternaturalem usqæ accidentatem evanesceret, succedente aliquali dolore colico, & cardialgia indicibili, cum conatu vomendi; quibz symptomatibus duorum dierum spatio evanescentibus, nullô redeunte tumore, æger sanitati restituebatur. In his vero & similibus pluribus passim in præxi occurribus exemplis, insignes adeò tumores subitò per inseparabilem transpirationem discussos fuisse, id ego quidem, nescio, an ob rei diffiultatem, an ingenii stupiditatem concipere neutquam possum, accendentibus præprimis illis symptomatibus, quæ probabiliter satis, pensitatis omnibus circumstantiis, regressum humorum docent. Ne jam inquiram, quomodo pleuriticorum pus, asciticorum in abdomen effusa aqua, per alvum modo, modò per vesicam eliminetur; regredi enim & resorberi per vasa revehentia, multi sunt qui dicunt, licet aliis pori partium magis arideant. Quodsi E. in adductis exemplis circulatio sanguinis impedire humorum regressum non posuit, cur eadem Repulsionem per me dice-

clementia inhiberet? Non enim opus est, ut, si fiat repulsio, fieri  
 illa per arteries statuatur, cum haec adeo incommoda huic forsan  
 maneri sint vasa revehentia, in quorum sive oscula s. poros, cum non  
 obliter sanguinis motus, uti in arteriis, exprimuntur quasi & intru-  
 duntur per Repellentia humores illi, si fluxiles adhuc sint, crassi enim  
 & viscidi, quales in omnibus tumoribus, sed falso, à Recentioribus  
 supponuntur, ex Veterum quoque sententiâ Repellentia non admit-  
 tunt, quoniam scilicet exilia illa foraminula intrare nequeunt, quos  
 proinde ab exhibitis Repellentibus magis incrassari, non negatur.  
**Dices:** obstructa vero sunt vasa revehentia, quomodo igitur repellere  
 per illa poterit humor? **Rsp.** in tali casu, ubi commendari solent  
 Repellentia, tumorum nempe principio pauciora adhuc obstru-  
 eta sunt vasa; hinc per alia forsan vicina, quae nondum obstru-  
 eta sunt, repulsio fieri potest. 2. *Levior* etiam adhuc est obstru-  
 ctio, facilius hie tollenda ejusque resistentia superanda per ap-  
 pulsus sanguinis arteriosi, (qui solus aliquando vasa deobstruit)  
 pressionem humoris per repellentia factam, vixque à mixtis Re-  
 solventibus superadditam, praesertim cum vasa illa revehentia im-  
 majores & ampliciores semper coëant ramos, quales canales faci-  
 lius deobstruuntur, quam qui in minores semper abeunt propagati-  
 nes, quales sunt arteriae. 3. Discentientium usus multas ad regressum  
 per revehentia vasa aptas reddit particulas, quæ revectæ, hic, ibi  
 immutantur aut eductantur. **Ne jam inquiram,** au, quod illi supponunt,  
 obstructio semper sit causa tumoris? quid si aliquando s. per *Axapetum*  
 s. *Alethodorum*, &c. humor è vasis in interstitia elaberetur ibique tumo-  
 rem constitueret? in tali casu non tam obstructio quam compressio  
 vasorum, non tanquam causa, sed tanquam effectus tumoris sequere-  
 tur; licet compressionem, æquè ac obstructionem, causam aliquan-  
 do tumorum constitutere, nullus dubitem. **Quamvis** igitur pone-  
 rem, usum Repellentium in genere vel nullum esse vel parvum, ipso-  
 ram tamen actio nec circulationi sanguinis contrariabitur, nec im-  
 possibilis erit, multò minus *Defendentium* & *Intercipientium*, quo-  
 rum usus. æquè ac *Repellentium*, impossibilis pariter ac noxius judi-  
 catur, idque, ut putat *Reformatorum* istorum *Oraculum*, Cornelius  
 Bonenkœ, partim ideo, quod ipsi Tumori applicata affluxum ad il-  
 lum

Iam impedire non possint, *partim*, quod affluxus humorum fistula non possit, nisi per extre<sup>mam</sup> arteriarum & nervorum constrictiōnem, qualia tamen, quae hoc praeferunt, medicamenta non dentur, & si darentur, noxia essent, adeoque in perpetuum releganda. Verum 1. non applicantur Defensiva & Intercipientia, quā talia, ipsi Tumorū, sed parti vicinæ, per quam sit affluxus, prout id passim apud Autores Practicos, Sennert, Wedel, &c. videre est. 2. Nemo tamen verosamus erit, tacentibus etiam illis Reformatoribus, ut omnem penitus humorū per talia fistula vellet affluxum, quod utique nec adē facile esset, nec proficuum, sequeretur enim gangrena; sed vehementer saltem affluxum paulisper cohobere, ne tantō cum impetu ad partem affectam ruant humores, intentio est; id quod perfrigida, Astringentia. Defensiva fieri posse, quotidiana, non contradicente Ratione, loquitur Experientia, ipsi<sup>g</sup> talium hostes in praxi invitū, firmissimo tamea testimonio, confirmare coguntur, dum eadem g. in hemorrhagijs, & applicant ipsi, & aliis passim commendant. Nec tamea his detractionum quicquam velim meritissimæ Recentiorum laudi, qui Artem nostram hactenus faciliorem, clariorē & feliciorē reddiderunt, qui adhuc quotidiè Observationibus, Phænomenis, Ingeniosis Rationibus & Experimentis luceat & augmentum Ipsiis omni studio promovent.

Hæ, è Lectionib. Excell. Bn. Pras. maximam partem desuoptæ, & alterius paulò, licet, quām decebat, minus accuratè deductæ Theses, pro *Exercitio inaugrali* sufficient: plura enim & accuratiæ elaborata addere temporis ratio prohibuit.

DEO TER-OPTIMO MAXIMO  
SIT LAUS, HONOR ET  
GLORIA.